



Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvum Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvum Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici dispositionem in suos Titulos distributæ

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

55 Religionem ad laxiore[m] transitum concedere potest Generalis ordinis cum causae cognitione, e[...]t post Co[n]c. Trid.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13903

in 6. & Abbas vnus ordinis ad alterius ordini Abbatiam translatus, annum nouitatus in secunda agere tenetur, vt professio valida esse possit ex Conc. Trid. sess. 2. c. 5. cap. 15. de reg. cum huius secundæ nouus religiosus, seu nouitius esse poterit, licet antiquus sit, alterius; qua translatione, cum priori religioni subiectus esse desinat, officium diuinum iuxta formam secundæ recitare tenetur, & si transitus ad laxiorem ordinem fiat, necessaria est Papæ licentia obtenta Gl. in d. c. cum singula. quamuis si strictior sit, petitio licentiæ, etiam si non obrineretur, sufficeret, cap. licet. de regul.

DECISIO LI.

Ex conf. 50. [alias] 77.

51. 78.

51 **P**relatus regularis, subditum suum regularem propter delicta, etiam incorrigibilitatem, habitu, & ordine perpetuo priuare potest, sic tamen a se eiecitum a religione, vt aliam strictiorē ingrediatur, obligare nequit. Quia sicut regulariter extra suum territorium, & locum, vbi habet iurisdictionem, iudex iudicare, & sententiam ferre non potest, c. 2. de const. in 6. ita neq; extra tempus, intra quod habet illam, obligare valet. In vnam ff. si cert. petat. sic autē de religione iustē eiectus, episcopo originis, seu vbi victurus est in habitu clericali subiectus manet cap. si. de regul. Fugitiuos autem, & iniustē, vel inordinatē sine causa cognitione eiectos regulares, Prælatus, quotannis querere; & etiam iustē & ordinatē eiectos, & ad monasteria & religionē redire volentes recipere tenentur. c. si. de reg.

DECISIO LII.

Ex conf. 52. alias 1.

52 **C**um status regularis melior sit seculari, eo quod ille in via perfectionis est, c. duz 19. q. 2. quem statum etiam ipse Christus assumpsit; consequenter ceteris paribus melius, & Deo gratius est, ecclesiam collegiatam regularem, quam collegiatam secularem fundare.

DECISIO LIII.

Ex conf. 53. alias 73.

53 **P**relatus regularis quamuis religiosum suum propter delicta sua habere priuare, & etiam ab ordine eiecitare queat; eum tamen ob solam infirmitatem incurabilem superuenientem post professionem, ab ordine, & obedientia absolueret, aut eiecitare nequit, si ut nec illi facultatē dimittendi habitum & illo dimisso clericalem assumat, vel alium & sub obedientia episcopi viuat, concedere potest.

DECISIO LIV.

Ex conf. 54. [alias] 72.

55. 71.

54 **R**egularis ob parentum necessitatem, monasterium iustē de licentia superiorum exire potest ad eis subueniendum, si id facere poterit, ex S. Th. 2. 2. q. 101. art. 4. & Caiet. ibi. & Nau. in Man. cap. 14. num. 14. Quia licentia, non solum Papæ, sed etiam Generalis, vel Prouincialis retento tamen habitu concedere potest. Solum autem Papæ, vt hanc ob causam religiosus foris maneat, dimisso habitu, dispensat; cap. 2. ne cler. vel monach. in 6. & c. sanctorum, distinet. 23. Nec eam licentiam congregatio concilij, aut generalis ordinis concedere valet; cum etiam religiosus factus episcopus sui ordinis habitum gestare debeat, c. clericus 2. de vita & honest. cleric.

DECISIO LV.

Ex conf. 57. [alias] 66.

63. 65.

55 **Q**uamuis iure communi, c. licet, de regul. & Concilij Tridentini decreto, sess. 2. c. 19. de reg. a strictiori ad laxiorem religionem transendi facultas a solo Papa conceditur, iusta tamen de causa etiam Generalis & Superior religionis ad laxiorem etiam religionem, non obstante Tridentino, transitum concedere potest; Arg. cap. statumimus. 19. q. 3. & Pan. in c. significatum, de regul. cum

mens & intentio Concilij non fuit facultates inuidias tollere, quæ ad talem transitum sufficiunt, quales sunt transitus ex iusta causa, & consensu superioris; cui sic translato, in foro exteriori necessaria est scriptura authentica de facultate cum causæ cognitione a superiori concessa, vt si opus sit, post mortem superioris, & etiam antea iustē se defendat. Nec sic transitus ab vna religione ad aliam, ad beneficia, aut officia religionis ad quam transit, iure communi in habilis redditur, Cle. 1. de regul. dummodo ex aliquo mendicantium ordine non tranierit.

DECISIO LVI.

Ex conf. 58. alias 5. de statu monach.

56 **N**ouitius contra quem sunt indicia violenta, per quæ quasi vehementer creditur cecidisse vnum collegam professum, a prelato monasterij cuius est nouitius puniri potest, dummodo ei iurisdictione cognoscendi de crimine requirente depositionem (quale est homicidium) iure aliquo speciali, vel consuetudine competat, quæ tamen iure communi non competit, ita Decius & communis in c. si clericus, de iureiur. secus autē si neq; de consuetudine, neq; iure aliquo speciali iurisdictionem illi habeat. Eandem autem quam in precessos, etiam in nouitios iurisdictionem, tam in civilibus, quam in criminalibus habet; cum enim hi canonis priuilegio gaudent, c. si quis suadente 17. q. 4. etiam & superiori monasterij in poenis subijci debent.

DECISIO LVII.

Ex conf. 59. alias 52.

57 **C**um Casinenses priuilegium ab Eugenio IV. habeant, quo cauetur, ne eiusdem ordinis monachi a sua religione abstrahantur, aut sponte venientes recipiantur, etiam occasione archiepiscopalis ordinis, & religionis abq; consensu Capituli Generalis seu Præsidentis & maioris partis visitatorum dictæ congregationis, etiam auctoritate literarum Apostolicarum, in quibus de huiusmodi persona, ac religione mentio facta non fuerit, sub pena excommunicationis, quam ipso facto incurrit, qui facta eis notitia de huiusmodi priuilegio, monachum dictæ congregationis intra triduum non relaxauerint, vbi se abiecerint, consequenter monachus Casinensis ad Carthusianos non petita a suis superioribus licentia transiens, peccat mortaliter, & a prelato prioris monasterij reuocari potest, & redire, & poenitentiam subire tenetur, ex Conc. Trid. sess. 25. c. 1. de regul. & Carthusiani intra triduum post inuocationem priuilegij, eum non restituunt, vel non abicientes excommunicationem incurrit; Secus autem si ante transitum petita sit, licet non obtenta licentia, talis enim transire, & ab illis retineri potest, non obstante dicto priuilegio, quod limitandum est, ita vt locum ubi habeat quando prius petita sit licentia ad regulam strictiorem transendi, licet non obtenta, c. licet, de reg.

DECISIO LVIII.

Ex conf. 69. [alias] 11.

61. 13.

de maior. & obed.

58 **R**egularis in alteram religionem translatus, post professionem in ea factam, posterioris monachus efficitur, & iuxta professionem in ibi emissam, in choro, & cap. sedere, & vocem dare debet; Arg. c. 1. & c. statumimus, de maior. & obed. dummodo qui transferatur in eo subditus & finis efficitur; sin autem in aliam religionem translatus sit, vt in ea presit, & renunciat prelatum, secundus post prelatum, in memoriam honoris, quem gessit, sedere debet, nisi concurrat alij, qui maiorem honorem gesserunt. Arg. l. 1. ff. de albo scriben.

DECISIO LIX.

Ex conf. 62. alias 37.

59 **S**icut professionem admittere nec solus prelatum, nec solus conventus potest, vbi ad vtroq; spectat, ita nec